

1891

C O D I C E S

1892

aut prioris apud eum Epistolae subscriptio in mendo cubet, aut tituli Epistolis perperam sint adfixi; quomodo enim id *prosequendum* dicas, quod *peractum* dixisti? Quarta demum inscribitur: *De ressecandis Haereticorum reliquiis in Styria, Carinthia et Carniola*: Auspicatur ea: *Quod faelix faustumque sit Serenitati Vestrae ejusque in ævum semini &c.* et subscribitur: *Lavanti in profesto Divi Michaelis Archangeli Anno 1615*. Ita et apud *Hansiz*. p. 744.

CCCCLXXXII.

731 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVII. Folior. 158. 4. complectitur Excerpta e Scriptoribus Polemicis Catholicis *Jod. Keddio* S. J. *Job. Zeschlino*, *Andrea Frommio*, *Jac. Kellero* S. J. et aliis congesta a *Mart. Nesselio Moravo Weiskirchenensi Danielis Bibliothecae Nostrae quondam Praefecti Patre*, dum Scholae *Bremensis* Rectorem ageret. Itaque ad calcem adscriptum: 1662. *Bremæ*. Huc pertinent, quae Epistolae suae ad *Petr. Lambecium* editae a *Kollaro* in *Supplem. L. I. Commentar. Lambec. col. 829*. intexuit *Martinus*: *Hic (Bremæ) singulari Dei beneficio et inspiratione, in veritatem Lutheri: Religionis facta inquisitione, et lectis studiose Pontificiorum Doctorum libris, deprehendi eam falsam; contra Catholicam veram et orthodoxam esse. Itaque abdicavi me sponte officio, et fini-*

to examine verno XXV. Aprilis Anno MDCLXVI. — Brunam Moraviae usque veni &c. Non igitur a. 1667. ut habet *Joehberi* Lexicon, quod et clam profugisse *Martinum* adserit, et e citata *Epistola* non parum emendari subplerique potest. Idem dic de supra memorato *Job. Zeschlino*, quem neque *Wilb. Wolfgangi Palatini Neoburg.* Cancellarium fuisse, neque suum ad Catholicos transitum *Apologia* edita defendisse, aut apud *Joehberum*, aut in *Lexico Univ.* reperies.

CCCCLXXXIII.

Codex chartaceus germ. lat. 888
gall. Sec. XVI. f. compilatus est e variis Scriptis, quibus diversa Religionis Catholicae Capita impugnantur. Atque hic illorum Elenchus est: I. Consideratio de Doctrina, Ceremoniis et Adia-phoris germanica, inscripta: *Bedenckben von der Ler, von nottigen Euserlichen stuckben vnnnd Euserlichen Mittlen Dingen*, et incipiens: *Es ist nicht an (ohne), Trennung Zweispalt vnnnd Schismata haben ein scheuzlichs ansehen &c.* Subscripsere *Lutherus, Bugenbagius, Jonas, Cruciger, Melanchthon, Amsdorffius* alique 8. Notae temporis nullae. Foll. 16.

II. Epistola germ. *Lutheri* ad Matronam de Praedestinatione sollicitam. Initium: *Gnad vnnnd friedt in Christo. Tugendsame frau. Es bat mir euer lieben Briefe der*